



**Commentariorvm, Ac Dispvationvm In Primam Partem
Sancti Thomæ Tomvs ...**

Complectens ad viginti sex Quæstiones priores, centum & septem
Disputationes in Capita diuisas

Vázquez, Gabriel

Antverpiæ, 1621

Disp. LXXXVII. Vtrum prouidentia, quam Deus de rebus habet, sit operatio
intellectus, an voluntatis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80983](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80983)

Lib. 6. Ethic.
12. in med.
som. 5.

2. 19. art. 1.
4.

Sap. 4.

morales, per quas appetitus se habet ad bonum, ut dicitur in 6. Ethic. Et tamen si providentia ex æquali respiceret voluntatem, & intellectum diuinum, hoc esset absque detrimento diuinæ simplicitatis, cum voluntas & intellectus in Deo sint idem, ut supra dictum est.

Conclusio articuli est; In deo est providentia. Est autem in Scriptura expressa Sapient. 14. Tu autem pater gubernas omnia providentia tua. De ea nihilominus sequenti disp. nonnihil agendum est.

DISPUTATIO LXXXVII.

Utrum providentia, quam Deus de rebus habet, sit operatio intellectus, an voluntatis.

Errores circa Dei providentiam. cap. 1.

Providentiam, seu prædestinationem esse operationem intellectus, senserunt nonnulli Scholastici, cap. 2.

Ex aliorum sententia providentia, seu prædestinatio est actus voluntatis, cap. 3.

Providentia dei non semper consequitur finem, ad quem ordinat, & præparat media, cap. 4.

Prædestinatio non est pars subiectiva, sed obiectiva providentia, cap. 5.

CAPUT I.

Errores circa Dei providentiam.

1. Supponimus in hac disp. in Deo esse providentiam quod apud Catholicos extra controuersiam est. Inquirimus autem, utrum ad intellectum, an ad voluntatem pertineat operatio præteritum tamen erit, in hoc capite breuiter recensere errores, qui circa providentiam Dei fuerunt, & Catholicam veritatem præmittere.

Prætermittis vero Philosophis, & alijs qui Deum esse negantes, consequenter providentiam illius circa res creatas negarunt, contra quos ex professo q. 2. art. 2. disputatum est inter eos, qui Deum esse fatentur, non de fuerunt, qui de eius providentia erga hæc inferiora perpetam sentirent.

Primus error
Epicuri &
aliorum.

Lactan.
Nyssen.

Cicero.
Augustin.

Primus fuit Epicurus, qui Dei providentiam omnino negavit, sic etiam Democritus, & Heraclitus, qui omnia ex necessitate naturæ euenire dicentes curam, & providentiam Dei superuacaneam esse putabant: ita referunt Lactan. lib. 1. de ira Dei cap. 9. & 10. & Nyssen. lib. 8. philosophia cap. 3.

Secundus error fuit Ciceronis, cuius meminit August. 5. de ciuit. cap. 9. & nos supra retulimus disp. 64. cap. 1. qui 2. de diuinat. disputans cum Quinto Fratres, scientiam futurorum contingentium, quæ ex humano arbitrio pendunt Deo prorsus negavit, ac proinde horum effectuum, & operationum providentiam abstulit: cum enim providentia sit cura rerum futurarum, & circa earum dispositionem versetur, ut infra dicemus, sequitur, sine præscientia earundem esse non posse. Itaque qui dicit Deum non præscire certo futura, necesse est, ut fateatur, earum etiam rem providentiam certam non habere: nam per coniecturas, quales homines habent, nihil repugnaret sine præscientia certa, curam aliquam habere, nisi aliunde coniectura in Deum conuenire non posset, ut disp. 67. dictum est. An vero aliarum rerum, etiam minimarum, quæ non sunt à libero arbitrio, deus providen-

CAPUT I.

tiam habet, Cicero nihil decernit: in hoc etiam errore fuisse Aristotelem plane monstrauimus in ea disput. 64. probantes negasse certam scientiam futurorum contingentium, quæ ex arbitrio pendunt.

Præter hoc autem adhuc videtur Aristoteles negasse Dei providentiam circa singulas alias res, quæ à libero arbitrio non pendunt, sed concursu aliarum causarum fiunt, sicut etiam negavit Dei operationem circa singulas res minutissimas: sed omnia motu primi mobilis fieri, & moueri existimauit. Hanc errorem Aristoteli adscribunt grauiissimi Patres, Clement. Alex. 5. lib. Stromat. Epiphanius de hæresibus hæres. vltima, Nazian. or. 1. de Theologia, quæ est 33. in ordinem 34. Amb. 1. officiorum cap. 13. Theodoret lib. 6. græcarum affectionum, Salustianus lib. 1. de Providentia, Nyssen. philosophia cap. 3. & 4. & Eusebius lib. 15. de præparatione Evangelica c. 4. ubi refert Atticum Platonium, qui in sermone de providentia acriter inuehitur in Aristotelem, quod contra Platonem, & Mosem inferiores mundi partes, quæ sub luna continentur à dei providentia excludat. Quare Nazianzenus loco citato providentiam Dei, quam Aristot. docet, merito appellat perperam, & angustis finibus circumscriptam providentiam: cuius etiam fecerat mentionem suppresso nomine Aristotelis in oratione 16. quæ est de pauperum amore, eam vero opinionem fuisse Aristot. dixit etiam Nicetas in eam orat. Nazianzenus 16. in illa verba, Quin potius, &c.

Colligitur autem ex ipso Aristot. 12. Metaph. cap. 1. text. 37. ubi inquit, Deum mouere primum corpus, cætera autem ab illo moueri, & eodem lib. cap. 9. asserit, absurdum esse, primam mentem, scilicet Deum, de quibusdam cogitare; & melius esse, quædam non videre, quam videre. Sed clarissime lib. de mundo ad Alex. circa finem illius, tametsi dicat maxime decere Deum omnia etiam minima gubernare, & illis providere, inquit, id non præstare per se ipsum, sed per alias causas, ut sicut peritus artifex motu vnius cordæ varias rerum imaginationes ob oculos ponit, sic Deus motu vnius cæli, hæc omnia inferiora, & singula gubernet. Videbatur enim Aristoteli indecorum, Deum singulis rebus producendis, & gubernandis speciatim intendere, sicut non decet Imperatorem Persarum, singula sui imperij per se ipsum gubernare, sed in ciuitate sua Susis, aut Ecbatani existentem, per ministros suos ea exequi. Lib. etiam Magnorum moral. cap. 8. versus finem sic ait: Si fortuitus casus esset Deo tribuendus, esset iniquus, cum frequenter accideret, flagitiosos homines fortunatos esse & res omnes bene illis euenire: contra vero studiosi plura aduersa, tam in bonis fortune, quam vita accidunt.

Neque obstat, quod 7. Ethicorum ad Eudemum cap. 18. inquit, diuino numine omnia moueri, & fortunam eodem numine instructam operari: quasi velit, singula, quæ eueniunt, & fortune tribuantur, Deo fieri, & gubernari, & ipsi non esse fortuita, quæ nobis casu accidisse dicuntur. Hoc enim bene potuit intelligere Aristot. sicut lib. de mundo ad Alexan. docuerat: quia omnes causæ inferiores à Deo ipso mouentur remotè motu vnius primi orbis, qui ab ipso proxime voluitur, ut ita omnis causa diuino numine quodammodo instructa operetur, quia virtutem dei medio primo orbe participat. Quod vero deus ea omnia singulatim disponat

rit voluntate, & intellectu, non docuit Arist. nec alibi insinuat: quare eo loco ad Eudemum, non dicit, ea quæ nobis casu eueniunt, Deo non esse fortuita, cum oppositum plane indicauerit lib. illo secundo Magnorum moralium, vt Deum ab iniustitia vindicaret. Adde etiam quod Arist. eo 7. ad Eudemum duplicem fortunam constituit, vnam diuinam, alteram naturalem, & hanc videtur negare diuinæ providentiæ, vt 1.2. q. 9. art. 4. dicemus.

Est alius locus Arist. in quo longe aliter sentitur. quæ hæc nobis diximus, lib. nimirum 10. Ethic. cap. 3. circa finem ubi ait: *At vero qui mente operatur, & eam colit, disponit optime, & amicissimus Deo immortali est.* Nam si Deo curam humanarum rerum, vt existimatur, aliquam habent, rationi sane consentaneum fuerit ipsos eo gaudere, quod est optima, maximeque sibi eorum: hoc autem facit ipsa mens. Cæterum neque hoc testimonio purgare possumus Aristotelem ab omni errore: tum quia non concedit Deo plenam, & perfectam curam rerum humanarum, sed aliquam dimittit, quasi ea, quæ minima sunt inter homines, nec curet, neque cogitet: sed ea solum quæ maiora sunt & ipsi maxime cognata, quale putant esse mentem excolere. Tum etiam, quia cum concedit curam circa ea, quæ ab hominibus geruntur, nimirum quod Deo placeant, qui recte mentem excolunt, non concedit proinde providentiæ: hæc enim est cura, & sollicitudo futurorum: at quam Aristoteles concedit in eo cap. circa res præsentis tantum versatur: eo igitur testimonio non possumus omnino Aristotelem defendere.

Tertium alium errorem tribuit Platoni Massiliensi Philinus in argumento *Protagoræ*, & Gregor. Nyss. 8. Philosophia. c. 1. & 4. quod assereret, Deum vniuersalibus, & incorruptibilibus rebus proxime, & per se ipsum providere, alijs autem per medios quosdam demones. Quamobrem Michael Medina lib. 2. de deo in Deum fidei arbitrat, nullum fuisse Philosophorum, qui luce fidei destitutus, de providentiæ Dei disputans, non errauerit, aut simpliciter, aut peculiari aliquo modo eam negans: sed Plato lib. 1. de legibus dialog. 10. versus finem latissime ostendit Deum, providentiæ, & curam habere minimarum rerum, sicut perfectissimus artifex minimorum etiam, in arte notitiam habet.

Hos errores optime refellant, & pro Dei providentiæ elegantia disputant, Ambros. lib. 1. officiorum c. 13. Chrysost. Homil. 9. ad populum Antio. de qua etiam reflex lib. 1. ipse composuit Aug. 5. de civitate c. 9. & 10. & 2. de libero arb. per totum, Salustianus per octo libros, quos de hac re edidit, & Nyssen lib. 8. Philosophia. S. Thom. 3. contra gent. c. 4. cap. 71. vsque ad 75. Est igitur Catholica veritas, Deum non solum notitiam rerum omnium futurarum habere, sicut disp. 63. c. 1. probatum est: sed etiam curam, & voluntatem ea omnia disponendi, & suo tempore faciendi, excepto peccato. Nam cum omnia etiam minima, eo auctore fiunt, & conferuntur, vt disp. 173. dicemus, sequitur ab æterno ea omnia facere decreuisse, & destinasse, quæ etiam ab æterno nouit. Quæ vero operatio intellectus, an voluntatis providentiæ dicatur, in sequentibus capitulis explicandum est.

Hæc autem veritas in vniuersum definita est in Scriptura Sap. 14. *Tu autem pater gubernas omnia providentiæ*; Et iterum de sapientia Dei dicitur, *Attingens a fine vsque ad finem fortiter, disponit omnia suauiter*, & Luc. 11. & Matth. 6. multa sunt de hac re, quæ Dei providentiæ circa minima etiam declarant, *Vsq. in 1. part. Tomas I.*

vt quod Deus curam habeat sæni, quod hodie est, & cras in clibanum mittitur, quod sine Dei providentiâ passer non pereat & similia. Quare indubitata res est apud Catholicos imo etiam apud hæreticos, licet in modo explicandi aliqua sit varietas, vt disp. 99. patebit.

Quorundam igitur recentiorum sententia, qui dicunt, Deum non præfinisse providentiæ suæ singula opera, quia nec præfiniuit opera quædam minoris momenti, vt numerum muscarum, & motum earum versus hanc, aut illam partem, nec vlla opera nostra libera, mihi quidem absolute nulla ratione probari potest, quocumque modo ab eius auctoribus explicetur. Nam si dicant, Deum nullam voluntatem speciatim habuisse circa numerum muscarum, & earum motum, est aperte absurdum. Sic enim Deus non prouideret rebus omnibus minimis, nisi in vniuersum, & remote in suis causis, qui est error Aristot. & Platonis iam impugnatus. Tum etiam deberemus dicere, nec in tempore Deum habere voluntatem concurrendi cum musca ad hunc, vel illum motum, musca etiam periret sine Patre nostro, & passer similiter quod est contra illud Luc. 11. & Matth. 6. Aut si in tempore habet Deus voluntatem circa hæc singula opera, sequitur ipsum mutari, qui in tempore incipit vel le aliquid: aut dicendum est ab æterno illud voluisse. Si vero dicant, non præfinisse Deum hæc omnia ante præsum concitium secundæ causæ, sed simul cum illo, recte docentidem tamen de omnibus asserere debent, nec maior ratio est, cur de rebus minimis, quam de maximis id asserant. Hoc autem intelligo circa res, quæ producendæ erant concursu secundæ causæ, nam quas Deus per se facturus erat, solus facere decreuit, nulla causa creata præiua.

Sed de actibus humanis liberis eodem modo dicendum est, aut enim asserant, Deum ab æterno tantum habuisse voluntatem vniuersalem concurrendi cum omnibus hominibus, nec eam habuisse circa singulas operationes, & ita defendi non potest, quia in tempore concurrens cum hac causa, per singula opera, habet sigillatim voluntatem concurrendi cum illa, & placet illi talis concursus: ergo ab æterno habuit, vel in tempore incipiens habere mutatus est, vel denique incidimus in errorem Arist. qui providentiæ tantum in vniuersum, & consulam assignauit, nimirum in causis, prouidentem causas ad effectus, & nihil sigillatim de illis curantem, quæ omnia absurda sunt. Aut asserunt Deum nihil præfinisse humanorum actuum sine cooperatione, & concursu arbitrij præiusto, & hoc verissimum esse ostendimus disp. 99. ob id tamen non debet, nec potest absolute negari, Deum singula prouidisse, & præfinisse sigillatim, quæ in tempore facturus erat, ita vt particula, *Præ*, non significet antecessorem causalitatis Dei respectu nostræ, sed temporis, respectu existentis effectus: sed de hac re iterum disp. 114. c. 5.

CAPVT II.

Providentiæ seu prædestinationis esse operationem intellectus senserunt nonnulli Scholastici.

In quæstione initio proposita variant Scholastici, & aliqui plus æ quo inter se contentant, ea enim est, non rerum, sed vocum parua dissensio, an c. licet operatio intellectus, aut voluntatis vel

T

vtriusque

7
Res
m
m
s
f
t
u
r
a
s
q
u
a
r
a
t
i
o
n
e
p
r
æ
f
i
n
i
u
i
t
D
e
u
s.

8
Actus
hu
manus
lib
er
et
iam
i
p
ar
t
i
c
u
l
a
r
i
p
r
æ
f
i
n
i
u
i
t.

Præfini
u
i
t
a
d
q
u
i
d
r
e
f
e
r
a
t
u
r.

*Providentia,
prædestina-
tio, & diffi-
cultas.*

utriusque simul, vocari debeat providentia. Eademque difficultas de prædestinatione est, nam prædestinatio, prout à sanctis Patribus, & Scholasticis Doctoribus accipitur, à providentia solum differt, sicut speciale ab universali: providentia enim res omnes generatim respicit: prædestinatio vero solum circa gratiam iustificationis, & glorificationis versatur. Quamobrem de utraque simul præfens controversia nobis examinanda est, quoad hanc enim eadem est utriusque ratio.

*Quodam
opinio.
Alexand.*

Est igitur prior opinio, providentiam, seu prædestinationem esse actum intellectus directe, sed relate ad actum voluntatis. Sic docent Alex. qui tametsi de providentia loquens 1. p. q. 2. mem. 2. ad intellectum, & voluntatem dicat pertinere, nec determinet ad quam præcipue reducatur, quæstione tamen 28. mem. 1. art. 2. ad 2. de prædestinatione plane docet, esse operationem intellectus.

*Duran.
S. Thom.
Caietan.
Capreol.
Marfil.*

Idem Durand. in 1. d. 4. q. 1. n. 9. S. Thom. & Caietan. in hoc art. 1. & infra q. 2. art. 1. Capreolus in 1. d. 4. q. 1. a. 1. conclus. 1. & art. 2. conclus. 1. His fauet Marfil. in 1. q. 4. art. 1. in principio, cum asserit, providentiam ad scientiam pertinere, quamquam postea de prædestinatione sermonem habens, eodem art. notatione 2. corolla 3. ita inquit ad prædestinationem pertinere, scientiam ad disponendum; voluntatem insuper, & potentiam ad efficiendum, sed quamnam earum directe providentia dicatur, non explicat.

Prima ratio.

Hæc sententia in universum tam de providentia, quam de prædestinatione probatur: primum, quoniam providere aut prædestinare, est ordinare aliquid in finem, sed ordinatio est operatio intellectus, ergo providere & prædestinare. Deinde quoniam providentia est pars prudentiæ, ad hanc enim pertinet futura providere, de præteritis memoriis, & præsentia nosse, sed prudentiæ operatio ad intellectum pertinet: ergo & providentia. Idcirco Boeth. lib. 4. de consolatione prof. 6. dixit, providentiam esse ipsam divinam rationem, in summo omnium principe constitutam, quæ cuncta disponit.

Boeth.

*Disidium
inter aucto-
res huius
sententiæ.*

Cæterum auctores huius sententiæ non eodem modo eam defendunt, Alexand. & Durand. cum quibus videtur facere Marfilius dicunt, providentiam, seu prædestinationem esse actum intellectus qui præcedit voluntatem, & dictas, seu proponit quæ voluntas debet decernere, atque communiter iudicium appellatur: alij vero citati censent esse actum intellectus post affectum voluntatis circa media, quem dicunt esse imperium, quo deferretur virtus voluntatis, & imperus illius, per modum (ut ita dicamus) cuiusdam insinuationis seu intimationis ad opus, & potentias exequentes, atque hunc esse actum proprium prudentiæ arbitrantur ita ut consultare, & iudicium ferre, alijs virtutibus annexis prudentiæ tribuant nonnulli Thomistæ cum Doctore sancto 2. 2. q. 47. a. 8. & 5. per totam, & 37. art. 6. in corpore & ad 3.

11

CAPUT III.

Ex aliorum sententia providentiæ, seu prædestinationis est actus voluntatis.

Alijs vero magis probatur eorum sententia, qui docent nomen providentiæ, universæ, & prædestinatiōis, speciatim operationem significare voluntatis formaliter, sed connotare quoque ordinem ad intellectum, non quomodocunque, sed futura ordinantem, & disponentem: omnis enim

actus voluntatis, supponit etiam operationem intellectus, non tamen ita peculiarem. Quemadmodum etiam de electione dicemus in 1. 2. q. 13. art. 1. esse quidem operationem voluntatis cum ordine ad intellectum consulantem, & conferentem inter se media, & cum fine. Porro providentiam, & prædestinationem ad voluntatem pertinere, docent in primis Bonau. in 1. d. 4. q. 1. art. 1. q. 2. Scot. q. 1. in principio, Greg. q. 1. a. 1. Sic Damas. lib. 2. de fide cap. 29. providentiam in principio bifariam definit his verbis. Est rerum procuratio, quæ Deus fingitur: actusque Providentiæ est voluntas Dei, per quam res omnes apte, congrue, quæ gubernantur. Huic sententiæ ad stipulantur doctores, qui docent imperium esse operationem voluntatis, non intellectus, in quo tamen eorum sententiam 1. 2. q. 17. art. 1. confutabimus. Hi sunt Henricus quodlib. 9. q. 6. Bonau. in 3. d. 17. art. 1. q. 1. ad 3. Almai tract. 3. moral. cap. 1. Hieron. ab Angel. cap. 1. Moral. 3. parte textus coroll. 3. Okum in 3. q. 12. art. 4. cond. 3.

Ratione vero hanc sententiam confirmant, nam tametsi nomen providentiæ, nonnunquam futurorum scientia sumatur, imo hæc videatur primaria nominis significatio, quæ ratione Boeth. de divina scientia disp. 5. de consolatione prof. 6. ultima, dicitur, tam melius providentiam quam prævidentiam, aut præscientiam vocari, ut supra regulimus disp. 6. 4. cap. 2. (ut ita provius vocetur, qui à longe res videt, ante quam eveniant) nihilominus frequens vius est, ut provius dicatur, non qui solum res futuras à longe videt, sed etiam qui earum debitam curam, & rationem habet, ob idque illis prospicere. & recte consulere dicitur: eodem fere modo provius nuncupatur, qui à malis futuris cauet, hic enim curam etiam futurorum habet: sed hic agitur de providentia, non solum quæ omnia sola scientia futurorum est, sic enim non est diversum attributum à scientiæ, sed quatenus est cum cura aliqua, & studio rerum futurarum, secundum rectam dispositionem. Ergo non est iudicium, quæ res voluntati proponuntur, sed potius studium, & propositum voluntatis. Hoc argumento satis probatum manet, contra Alex. & alios iuxta partis, providentiam non esse operationem solius intellectus, quæ voluntatis propositum præcedit.

Porro non esse operationem intellectus, quæ subiequitur voluntatem, & habet rationem imperij, sicut dicunt S. Thom. & alij, qui ipsam in prior opinione sequuntur, non ita demonstrat. Hæc enim operatio intellectus, cum supponat imperium voluntatis, non inepte dici potest studium, & cura rerum agendarum. Cæterum neque talem actum esse, probatur primum, quoniam talis operatio etiam in nobis superflue ponitur ad motionem exequentis facultatis, sed satis est, si iudicium sequatur affectus in voluntate, ut facultas exeques suo tempore operetur, nec alia indiget insinuatione, imo nec illius capax est, ut latius ostendam in 1. 2. q. 13. art. 1. ergo nec in Deo, adhuc nostro modo intelligentis, ponenda est: in Deo namque has omnes operationes ratione distinguimus instat earum, quæ in nobis reip. differunt. Deinde quoniam in nobis talis operatio tenera esset, non videtur in Deo constituenda nostro etiam modo intelligendi. In nobis enim necessaria videtur, ut imperium voluntatis intimatione quadam deferat facultatibus exequentibus; at in Deo nulla talis facultas exequens ponenda est distincta à voluntate, ut disp. 1. o. 1. dicamus: frustra ergo in eo adducit

sola ratione, talem operationem intellectus distinguemus. Præterea licet in Deo poneretur facultas illa exequens diuersa ab intellectu, & voluntate, tamen illa insinuat voluntatis, & imperium apte Deo non conueniret: quia neque sibi ipsi, & suæ facultati Deus diceretur imperare; eo quod tale imperium non posset ad ipsum dirigi, ut constat: neque diceretur imperare creaturas, quas facturus est potentia sua: quia creaturæ talis imperij proprie capaces non sunt, sed communiquadam ratione & metaphorice Deo dicuntur obedire, quatenus voluntate Dei absque vlla resistance fiunt. Quomodo autem prudentiæ non tantum sit præcipere, quæ faciendæ sunt, sed etiam consulere, nec distinguendi sunt à prudentia habitus Eubulii, Synesis, & Gaomes dicemus in 1.2. q. 17. art. 1.

Porro de nomine, *Prædestinatio*. eodem modo dicendum est, significare videlicet, voluntatis propositum, quod aliquid vult esse, & aliquem finem destinare dicitur ille, qui proponit, & statuit aliquem medijs congruis perducere in eum finem. Quare tam prædestinatio, quam prouidentia in vniuersum propositum voluntatis significat medijs circa aliquem finem: & quamvis magis exprimat nomen, *Prædestinatio*, hanc medijs dispositionem, quam nomen *Prædestinatio*; nihilominus vti iam accommodatum est nomen *Prædestinatio*, ut significet propositum æternum Dei, quo gratiam alicui præparat in vitam æternam, iuxta definitionem Augustini de prædest. Sancti. cap. 1. in principio.

Ad prius argumentum prioris sententiæ respondere potest ex doctrina Scoti in 1. diff. 6. q. 1. & quodlibet. 17. ordinare non esse solius intellectus intelligentis vnum esse ad aliud; sed etiam voluntatis decernentis, & proponentis vnum ad aliud, quare licet prouidentia sit ordinatio rerum, & medijs in aliquem finem, non sequitur ad intellectum pertinere, sed ad voluntatem, quæ etiam ordinare dicitur, quia ordinem præscriptum ab intellectu prosequitur. Ad posterius respondeo prouidentiam, quæ dicitur esse præscientia, aut prænotio futurorum, ad prudentiam pertinere, & hanc esse operationem intellectus, de qua plane videtur locutus Boethius, ut paulo ante dicebamus. Nunc autem agitur de prouidentia, ut est cura & studio rerum agendarum; & hæc directe quidem ad operationem voluntatis pertinet: tamen etsi supponat actum intellectus, non quomodoque, sed ordinantis, & disponentis ea, quæ prouidentia prosequi studet. Vtrique harum opinionum probabilis est: cumque controuersia hæc non rerum, sed vocum sit, nec ad fidei dogmata hoc modo magis, quam alio loqui quidquam referat, non est in ea amplius immorandum.

CAPVT IV.

Prædestinatio Dei non semper consequitur finem, ad quem ordinat, & præparat media.

Cum prouidentia sit cura, quam Deus de rebus habet, & qua præparat illis media, ut fines suos consequantur, maximè autem imperfectionis videatur, ita debili media applicare, ut effectum non fortiantur, diuinæque prouidentia, quæ perfectissima est, quæuis imperfectio reprobet, visum est Caietano in hoc articulo ad diuina. Vnde in 1. part. Tomus 1.

nam prouidentiam vtrumque spectare, & præparare media ad finem, & ipsum semper consequi. Probat vero auctoritate Sancti Thomæ, qui in 3. contra gent. cap. 9. q. 4. art. seq. huius questionis ad 1. docet, nihil esse in rerum natura, quod Dei subterfugiat prouidentiam: si autem prouidentia Dei non semper consequeretur finem sibi propositum, multa eam subterfugerent, & artic. 4. huius questionis ad 2. inquit, *Ea omnia, quæ a Deo prouidentur, eueniunt*. Quare censet Caietanus, Doctorem Angelicum locis allegatis mutasse sententiam, quam prius docuerat in 1. d. 40. q. 1. art. 2. & q. 6. de veritate, art. 1.

Ego vero existimo opinionem hanc Caiet. nec esse S. Th. nec vlla ratione defendi posse. Placet igitur id, quod asserunt Durand. in 1. d. 39. q. 3. & dist. 40. q. 1. Capreol. dist. 40. q. 1. art. 1. conclus. 3. Marsil. q. 41. art. 1. in principio. Ferrar. 3. contra gent. cap. 9. q. 4. & S. Th. q. illa Ferrar. 6. de verit. & dist. 40. nempe prouidentiam Dei non semper consequi finem, in quem res dirigit, probatur Durandus, quia medicus prouidens dicitur, qui medicamenta necessaria ad sanitatem applicat, licet eam non consequantur: hæc tamen ratio de Dei prouidentia non probat, quia talis defectus in Deum cadere non potest. Medicus enim potest velle efficere, & consequi finem aliquem, & ipsum non sequi, etiam si ad illum applicet ea, quæ solerti prouidentia adhiberi possunt: deficit autem à finis consecutione, vel ob defectum scientiæ, quia causam ægritudinis ignorans, meliora medicamenta non applicauit, aut quia etiam si morbum optime nosset, non potuit meliora inuenire, aut facere medicamenta. Nihilominus prouidens dicitur ille, & prudens medicus, quia nullum, quod secundum artem & diligentiam humanam applicari potuit remedium, omisit.

At vero Deus, cuius scientia nec falli potest, nec potentia impediri, cum non consequitur finem, in quem res ordinat, alia de causa illum non consequitur: nimirum quia præparauit media causis liberis, easque in sua libertate relinquens, sinit operari, & iuxta earum libertatem cum eis cooperari decreuit. Posset quidem Deus, ita prouidentia sua eas ad singulos actus præuenire, ut nulla à suo fine deficeret, id tamen non vult, sed prouidet singulis media necessaria quidem, licet non efficacia ad finis consecutionem, quod vero illa effectum non habeant, ex voluntatis nostræ libertate prouenit. Exemplo autem res illustratur, nam reprobis, quos Deus gratia sua præuenit, & aliquando iustificat, prouidet sine dubio omnia media gratiæ, ut vitam æternam consequantur, ad quam etiam eos dirigit, eos etiam ad penitentiam adducere contendit, ut disput. 97. dicemus, & tamen non consequitur in eis finem: ergo non est de ratione prouidentia in vniuersum finem consequi.

Pro maiori vero explicatione obseruandum est primo cum Ferrar. duo posse considerari in Dei prouidentia ex parte effectus, vnum est ipsam applicationem medijs ad finem, & hanc statuit Deus efficaci sua voluntate ante consensum nostrum: sunt enim media prouidentia Dei ad vitam æternam gratiæ prouenientis. quæ fiunt in nobis ante consensum, & quoad hunc effectum prouidentia semper impletur, & quicquid Deus ut medium alicui prouidit, semper re ipsa tribuitur, & euenit, atque hoc sensu dixit S. Doctor in hac

Confirmatur
primo ex
S. Thom.

Confirmatur
secundo.

Opposita sen-
tentia videtur.
Durandus.
Capreolus.
Marsil.
Ferrar.
S. Thom.

Ratio Du-
rand. insuffi-
ciens.

Cur Dei prouidentia non consequatur semper finem ad quem præbet media.

Dei prouidentia quæ media semper impletur.
Ferrar.

S. Thomas lo-
cus exponitur.

hac quæst. art. 1. ad 2. omnia, quæ à deo providentur, euenire eo modo, quo ipse disposuit, & decreuit. Nam si prouideret auxilia præuenientia, semper eueniunt, si vero prouideret auxilia concomitantia, eodem modo sequuntur. Quia id, quod deus prouidit, semper statuit, & decreuit voluntate efficaci, quæ quidem semper impletur. Alterum in diuina prouidentia est finis, quem non dicitur Deus prouidere, sed media ad illum, & hunc diuina prouidentia non semper consequitur, quia media relinquit in potestate secundæ causæ, & pro libertate illius cum ea cooperari decreuit, vt disp. 99. explicabimus. Hoc ergo posterius nostra opinio asserit, quod nescio, qua ratione Caiet. inficiari possit. Nec enim diuina prouidentia in reprobis consequitur finem, ad quem Deus eos ordinat, & ad quem ipsis media præbet, ergo recte dicimus, prouidentiam Dei non semper assequi finem, ad quem dirigit, & ad quem media præbet.

Namquam
omni fine
frustratur
Dei prouidentia.

S. Thom. testimonio
epi-
posi a expli-
cantur.

20
Communis
prouidentia
destinationis
discrimen.

Secundo nota, semper deum consequi aliquem finem prouidentia sua. Nam in reprobis, quos dicimus ad beatitudinem ordinari, & prouidentia dei dirigi, Deus alium finem consequitur sibi proprium: nempe ostendere diuitias gratiæ suæ in uia misericordiæ, vt disp. 95. cap. 9. ostendimus: quod uero hæcenus diximus, est, diuinam prouidentiam ita media applicare, & tribuere hominibus ad aliquem finem ab ipsis consequendum, ut aliquando illum non consequantur: non tamen dicimus, Dei prouidentiam in applicatione mediorum consecutione cuiuscumque finis aliquando carere: semper enim aliquem consequitur, vt expositum est. Et hoc uoluit S. Thomas quæstio. illa de ueritate, & dist. illa 40. cum dixit prouidentiam non semper consequi finem, ad quem ordinat. Quod uero asserit in art. 2. huius quæst. ad 1. nihil uidelicet subterfugere Dei prouidentiam, non est contra ea, quæ diximus, quia aliud est, omnia, quæ eueniunt, sub diuinam prouidentiam cadere; aliud autem est, omnem finem, quem diuina prouidentia intendit, re ipsa euenire. Prius igitur semper accidit, posterius uero deficere potest.

Tertio notandum est, prouidentiam communem à prædestinatione hoc differre, quod prædestinatio semper consequitur finem, ad quem ordinatur, & ad quem media prouidet, non quia uoluntate efficaci ante applicationem mediorum finem præfiniat, vt disp. 89. probabitur, sed quia media talia prouidet, quæ scientia sua nouit effectum habiturum circa consecutionem illius.

CAPVT V.

Prædestinatio non est pars subiectiua, sed obiectiua prouidentia.

21 **Q**Uædam de prædestinatione in principio quæstionis sequenti notari solent, quæ cum facinora sint, & ad prædestinationem pertineant, quatenus cum prouidentia conferunt, visum est in hoc cap. breuiter exponere. Qua etiam ratione simul de utraque superius disputauimus, utrum esset operatio intellectus, an uoluntatis. Primum igitur, quod ad nominis Etymologiam attinet, uerbum *prædestinare*, componitur à *præ*, & *destinare*: significat autem *destinare*, duo inter alia: primum mittere, deinde constituere, aut definire; & fortan in omnibus locis, ubi significat mittere, usurpatur

Prædestinationis
etymologia.

etiam potest pro definire. Veluti ubi dicuntur milites destinari ad aliquem locum, hoc est, mitteri, significare potest, definire, ut mittantur. Secundum priorem significationem deriuat S. Thomas nomen *prædestinatio*, ut denotet transmissionem quandam hominis in uitam æternam; idem censet Durand. in 1. d. 40. q. 1. art. 1. Sed Alex. 1. p. q. 28. mem. 1. art. 1. nomen deducit ex posteriori significatione, quæ uidetur magis conueniens.

De præpositione uero *præ* varie sentiunt Doctores: Caiet. opus. de prædest. cap. 1. asserit, significare dignitatem. Quare prædestinari dicit, eos, qui præ alijs saluandis digniori modo destinantur ad gloriam, quos ipse eximie prædestinatos appellat. Hi sunt in eius sententia, quibus ante meritum præuisa decreuit deus dare uitam æternam, de quo dicemus disp. 90. Bartholomæus Camerarius in Dialogo Camer. Catholico, cap. 1. §. 2. censet, particulam *præ*, dignitatem quoque significare, sed alio modo, eorum uidelicet, qui saluantur relatione ad damnatos, quasi hi dicantur præ alijs scilicet damnatis in uitam æternam destinati. Communior tamen S. scholasticorum sententia est, illud *præ*, significare antecessorem durationis, ut ita prædestinatio idem sit, quod præfinitio, & æterna dei ante omnia tempora ordinatio. Potest etiam ea particula significare antecessorem causæ respectu nostri arbitrii, ut Deus dicatur prædestinare, aut præfinire aliquid, ante nostrum consensum etiam præuitum, in quo sensu uidetur locutus Damasc. 2. de fide, cap. ult. & alibi: de quo iterum in disp. 99.

Deinde præmittendum est, ut optime notauit Driedo tractatu de concordia lib. arbit. & prædestinat. c. 1. nomen *Prædestinatio*, aliquando usurpatur communiter, aliquando proprie: & peculiari modo communiter acceptum significat tam destinationem prouidentiam hominis in uitam æternam, quam in supplicium: atque ita reprobationem quoque comprehendit. Sic accipit Aug. 15. de ciuit. cap. 1. cum asserit de duabus illis ciuitatibus, alteram prædestinam ad gloriam, alteram ad ignem æternam: & contentiunt Prosper in respon. 14. & 15. ad capita Galorum, Fulgent lib. 1. ad Monimum, cap. 14. & 30. & alibi sæpenumero. Concilium Valentinum sub Lothario Imperatore, cap. 4. Proprie autem prædestinatio usurpatur pro destinatione alicuius in uitam æternam, ita Paul. ad Roman. 8. & alibi, & Concilium Trident. Patres, & Scholastici communiter. Quoties igitur nomine *prædestinatio*, aut *prædestinatus*, absolute utimur, intelligimus semper prædestinationem ad uitam: reprobationem uero nunquam nisi addamus *ad mortem*, seu *ad supplicium*. Quid uero proprie sit hæc prædestinatio peculiaris, quæ tantum est circa gratiam, & circa uitam æternam, an sit uoluntas ipsa solum dandi uitam æternam, vel uoluntas præparandi media omnia gratiæ ad illam, dicemus disputatione 89. cap. 3. nunc autem, ut eam distinguamus à prouidentia in uisum, scis est, in genere dixisse, prædestinationem proprie sumptam circa gratiam, & gloriam, aut circa alterum illorum ueritari.

An uero sit pars subiectiua prouidentia, non eodem modo uidentur Doctores sentire. Caiet. prædest. infra quæst. 2. artic. 1. docet, non esse partem subiectiuam, sed obiectiuam: per partem subiectiuam alicuius omnes intelligunt speciem respectu generis.

generis: dicitur igitur esse partem obiectivam, quia circa aliquod peculiare obiectum providentia variatur: sed non subiectivam, quia non est species providentia. Comparare videtur predestinationem cum providentia, sicut partem aliquam philosophia, scilicet eam, quae tractat de caelo, cum universa philosophia. Haec est enim scientia quaedam communis, quae sub se partes aliquas, non sicut species, sed quasi integrantes continet. Probatur vero potest hac opinio ex doctrina tradita supra disput. 7. 2. videlicet, in Deo esse solum unam artem, licet sint plures ideae, quia est unus secundum speciem modus sciendi, etiam si sint plura obiecta, quae ea arte fiunt, quibus plures quoque ideae assignantur. Nam cum in Deo videatur esse idem modus providendi rebus media necessaria, ad suos fines, etiam si sint varia media ad varios fines; eadem in specie erit divina providentia, quatenus providentia, ac proinde non continebit sub se hanc, & illam providentiam veluti species, sed sicut partes eiusdem providentia, quia circa singula obiecta versantur.

Alij vero plures putant, predestinationem esse partem subiectivam providentia, sic sentiunt 8. Th. q. 6. de verit. art. 1. & in 1. dist. 40. quae 1. art. 2. Durand. quae 1. in 6. Capreol. quae 1. unica, art. 1. conclusio ne 2. Marfil. in 1. quae 1. q. 1. art. 1. Bartholom. Camerarius in Dialogo Catholico, cap. 1. §. 4. sed qua ratione id probent, non video: ideo licet non multum referat, hoc, vel illo modo loqui, mihi magis probatur sententia Caietani, quam non obicere indicat S. Doctor q. 23. art. 1. in fine.

ARTICULUS II.

Utrum omnia sint subiecta divinae providentiae.

AD secundum sic proceditur. Videtur, quod non omnia sint subiecta divinae providentiae. Nul- lum enim prout est fortuitum: Si ergo omnia sunt prout a Deo, nihil erit fortuitum. Et sic perit casus, & fortuna. Quod est contra communem opinionem.

2. Præterea. Omnis sapiens prout excludit defectum, & malum quantum potest ab his, quorum curam gerit. Videmus autem multa mala in rebus esse. Aut igitur Deus non potest ea impedire, & sic non est omnipotens, aut non de omnibus curam habet.

3. Præterea. Quae ex necessitate eveniunt, providentiam seu prudentiam non requirunt. Unde secundum Philosophum in 6. Ethic. Prudentia est recta ratio contingentium, de quibus est consilium, & electio. Cum igitur multa in rebus ex necessitate eveniant, non omnia providentiae subduntur.

4. Præterea. Quicumque dimittitur sibi, non subest providentiae alicuius gubernantis. Sed homines sibi ipsis dimittuntur a Deo, secundum illud. Eccles. 15. Deus ab initio constituit hominem, & reliquit eum in manu consilij sui. Et specialiter mali, secundum illud. Dimisit illos secun-

1. q. 102. 85. q. 1. dist. 30. q. 1. art. 1. 164. q. 1. art. 1. 111. q. 1. art. 1. 55. q. 1. art. 1. 114. q. 1. art. 1. 113. q. 1. art. 1. 112. q. 1. art. 1. 111. q. 1. art. 1. 110. q. 1. art. 1. 109. q. 1. art. 1. 108. q. 1. art. 1. 107. q. 1. art. 1. 106. q. 1. art. 1. 105. q. 1. art. 1. 104. q. 1. art. 1. 103. q. 1. art. 1. 102. q. 1. art. 1. 101. q. 1. art. 1. 100. q. 1. art. 1. 99. q. 1. art. 1. 98. q. 1. art. 1. 97. q. 1. art. 1. 96. q. 1. art. 1. 95. q. 1. art. 1. 94. q. 1. art. 1. 93. q. 1. art. 1. 92. q. 1. art. 1. 91. q. 1. art. 1. 90. q. 1. art. 1. 89. q. 1. art. 1. 88. q. 1. art. 1. 87. q. 1. art. 1. 86. q. 1. art. 1. 85. q. 1. art. 1. 84. q. 1. art. 1. 83. q. 1. art. 1. 82. q. 1. art. 1. 81. q. 1. art. 1. 80. q. 1. art. 1. 79. q. 1. art. 1. 78. q. 1. art. 1. 77. q. 1. art. 1. 76. q. 1. art. 1. 75. q. 1. art. 1. 74. q. 1. art. 1. 73. q. 1. art. 1. 72. q. 1. art. 1. 71. q. 1. art. 1. 70. q. 1. art. 1. 69. q. 1. art. 1. 68. q. 1. art. 1. 67. q. 1. art. 1. 66. q. 1. art. 1. 65. q. 1. art. 1. 64. q. 1. art. 1. 63. q. 1. art. 1. 62. q. 1. art. 1. 61. q. 1. art. 1. 60. q. 1. art. 1. 59. q. 1. art. 1. 58. q. 1. art. 1. 57. q. 1. art. 1. 56. q. 1. art. 1. 55. q. 1. art. 1. 54. q. 1. art. 1. 53. q. 1. art. 1. 52. q. 1. art. 1. 51. q. 1. art. 1. 50. q. 1. art. 1. 49. q. 1. art. 1. 48. q. 1. art. 1. 47. q. 1. art. 1. 46. q. 1. art. 1. 45. q. 1. art. 1. 44. q. 1. art. 1. 43. q. 1. art. 1. 42. q. 1. art. 1. 41. q. 1. art. 1. 40. q. 1. art. 1. 39. q. 1. art. 1. 38. q. 1. art. 1. 37. q. 1. art. 1. 36. q. 1. art. 1. 35. q. 1. art. 1. 34. q. 1. art. 1. 33. q. 1. art. 1. 32. q. 1. art. 1. 31. q. 1. art. 1. 30. q. 1. art. 1. 29. q. 1. art. 1. 28. q. 1. art. 1. 27. q. 1. art. 1. 26. q. 1. art. 1. 25. q. 1. art. 1. 24. q. 1. art. 1. 23. q. 1. art. 1. 22. q. 1. art. 1. 21. q. 1. art. 1. 20. q. 1. art. 1. 19. q. 1. art. 1. 18. q. 1. art. 1. 17. q. 1. art. 1. 16. q. 1. art. 1. 15. q. 1. art. 1. 14. q. 1. art. 1. 13. q. 1. art. 1. 12. q. 1. art. 1. 11. q. 1. art. 1. 10. q. 1. art. 1. 9. q. 1. art. 1. 8. q. 1. art. 1. 7. q. 1. art. 1. 6. q. 1. art. 1. 5. q. 1. art. 1. 4. q. 1. art. 1. 3. q. 1. art. 1. 2. q. 1. art. 1. 1. q. 1. art. 1.

dum desideria cordis eorum. Non igitur omnia divinae providentiae subduntur.

5. Præterea. Apostolus 1. Cor. 9. dicit, quod non est Deo cura de bobus. Et eadem ratione de alijs creaturis irrationalibus. Non igitur omnia subduntur divinae providentiae.

Sed contra est, quod dicitur Sapient. 8. de divina sapientia, quod attingit a fine usque ad finem fortiter, & disponit omnia suaviter.

Respondeo dicendum, quod quidam totaliter providentiam negaverunt, sicut Democritus & Epicurus, ponentes mundum factum esse casu. Quidam vero posuerunt incorruptibilia tantum providentiae subiacere, corruptibilia vero non secundum individua, sed secundum species: sic enim incorruptibilia sunt. Ex quorum persona dicitur Iob 22. cap. Nubes latibulum eius, & circa cardines caeli perambulat, neque nostra considerat. A corruptibilium autem generalitate exceptit Rabbi Moyses homines propter splendorem intellectus, quem participant. In alijs autem individuis corruptibilibus aliorum opinionem est secutus: sed necesse est dicere omnia divinae providentiae subiacere, non in universali tantum, sed etiam in singulari, quod sic patet. Cum enim omne agens agat propter finem, tantum se extendit ordinatio effectuum in finem, quantum se extendit causalitas primi agentis. Ex hoc enim contingit in operibus alicuius agentis aliquid provenire non ad finem ordinatum, quia effectus ille consequitur ex alia causa præter intentionem agentis. Causalitas autem Dei, qui est primum agens, se extendit usque ad omnia entia, non solum quantum ad principia speciei, sed etiam quantum ad individualia principia, non solum incorruptibilia, sed etiam corruptibilia. Unde necesse est omnia, quae habent quocumque modo esse, ordinata esse a Deo in finem, secundum illud Apostoli ad Rom. 13. Quae a Deo sunt, ordinata sunt. Cum ergo nihil aliud sit Dei providentia quam ratio ordinis rerum in finem, ut dictum est, necesse est omnia in quantum participant esse, in tantum subdici divinae providentiae. Similiter etiam supra ostensum est, quod Deus omnia cognoscit, & universaliter & particulariter. Et cum cognitio eius comparetur ad res sicut cognitio artis ad artificata (ut supra dictum est) necesse est, quod omnia supponantur suo ordini, sicut omnia artificata subduntur ordini artis.

Ad primum ergo dicendum, quod aliter

T 3

ter

ter est de causa vniuersali, & de causa particulari. Ordinem enim causæ particularis aliquid potest exire, non autem ordinem causæ vniuersalis. Non enim subducitur aliquid ab ordine causæ particularis, nisi per aliquam aliam causam particularem impediens. Sicut lignum impeditur à combustione per actionem aquæ. Vnde, cum omnes causæ particulares concludantur, sub vniuersali causa, impossibile est, aliquem effectum ordinem causæ vniuersalis effugere. In quantum igitur aliquis effectus ordinem alicuius causæ particularis effugit, dicitur esse casuale, vel fortuitum respectu causæ particularis: sed respectu causæ vniuersalis, à cuius ordine subtrahi non potest, dicitur esse prouisum. Sicut & concursus duorum seruorum, licet sit casualis in quantum ad eos, est tamen prouisus à domino, qui eos sciens sic ad vnum locum mittit, vt vnus de alio nesciat.

Ad secundum dicendum, quod aliter de eo est, qui habet curam alicuius particularis, & de prouisor vniuersali: quia prouisor particularis excludit defectum ab eo, quod eius curæ subditur, quantum potest: sed prouisor vniuersalis permittit aliquem defectum in aliquo particulari accidere, ne impediatur bonum totius. Vnde corruptiones & defectus in rebus naturalibus dicuntur esse contra naturam particularem, sed tamen sunt de intentione naturæ vniuersalis, in quantum defectus vnus cedit in bonum alterius, vel etiam totius vniuersi. Nam corruptio vnus est generatio alterius, per quam species conseruatur. Cum igitur Deus sit vniuersalis prouisor totius entis, ad ipsius prouidentiam pertinet, vt permittat quosdam defectus esse in aliquibus particularibus rebus, ne impediatur bonum vniuersi perfectum. Si enim omnia mala impedirentur, multa bona deessent vniuerso: non enim esset vita leonis, si non esset occisio animalium: nec esset patientia martyrum, si non esset persecutio tyrannorum. Vnde dicit August. in Enchir. Deus omnipotens nullo modo sineret malum aliquod esse in operibus suis, nisi vsque adeo esset omnipotens, & bonus, vt benefaceret etiam de malo. Ex duabus autem rationibus, quas nunc soluimus, videntur moti fuisse, qui diuinæ prouidentie subtraxerunt corruptibilia, in quibus inueniuntur casualia, & mala.

Ad tertium dicendum, quod homo non est institutor naturæ, sed utitur in operibus artis, & virtutis ad suum vsum rebus naturalibus. Vnde prouidentia su-

mana non se extendit ad necessaria, quæ ex natura proueniunt, ad quæ tamen se extendit prouidentia dei, qui est auctor naturæ. Et ex hac ratione videntur moti fuisse, qui cursum rerum naturalium subtraxerunt diuinæ prouidentie attribuentes ipsam necessitati materiæ, vt Democritus & alij naturales antiqui.

Ad quartum dicendum, quod in hoc quod dicitur, Deum hominem sibi reliquisse, non excluditur homo à diuinæ prouidentia, sed ostenditur, quod non prafigitur ei virtus operatiua determinata ad vnum, sicut rebus naturalibus: quæ aguntur tantum quasi ab altero directæ in finem, non autem seipsa agunt, quasi se dirigentia in finem, vt creaturæ rationales per liberum arbitrium, quo consiliantur, & eligunt. Vnde signanter dicit: In manu consilij sui. Sed quia ipse actus liberi arbitrij reducitur in Deum sicut in causam, necesse est, vt ea, quæ ex libero arbitrio fiunt, diuinæ prouidentie subdantur. Prouidentia enim hominis continetur sub prouidentia Dei, sicut causa particularis sub causa vniuersali. Hominum autem iustorum quodam excellentiori modo deus habet prouidentiam quam impiorum, in quantum non permittit contra eos euenire aliquid, quod finaliter impediat salutem eorum. Nam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, vt dicitur Rom. 8. Sed ex hoc ipso, quod impios non retrahit à malo culpæ, dicitur eos dimittere: non tamen ita, quod totaliter ab eius prouidentia excludantur, alioquin in nihilum deciderent, nisi per eius prouidentiam conseruarentur. Et ex hac ratione videtur motus fuisse Tullius, qui res humanas, de quibus consiliamur, diuinæ prouidentie subtraxit.

Ad quintum dicendum, quod quia creatura rationalis habet per liberum arbitrium dominium sui actus, vt dictum est: speciali quodam modo subditur diuinæ prouidentie, vt scilicet ei imputetur aliquid ad culpam, vel ad meritum, & reddatur ei aliquid vt pena vel præmium. Et quantum ad hoc curam Dei Apostolus à bobus remouet, non tamen ita quod indiuidua irrationalium creaturarum ad Dei prouidentiam non pertineant, vt Rabbi Moyse existimauit.

Observationes circa doctrinam articuli.

Conclusio est, Omnia & singula creata subiecta sunt diuinæ prouidentie, intelligitur autem exceptis peccatis, de quibus postea non nihil dicemus, est autem expressa in Scriptura Sap. 8. Lucæ 12. Matth. 6. vt disputatione precedenti cap. 1. al. 1. legauimus, vbi etiam diximus quo pacto dei entra & prou.

Enchir. cap. 11. ad primum. cap. 10. 3.

& providentia circa singula etiam minima versetur, & dicemus disp. 99. Hic solum supersunt quedam notanda: primum est falsum docuisse *talium Sirenium lib. 2. de fato, cap. 15.* cum probat monstra, & omnes defectus naturales, non solum casu & temere evenire secundis causis, quæ in oppositum videntur ferebantur, sed etiam Deo, qui eas ad oppositum inclinabat. Falsum igitur docet, & absurdum: nam licet Deus quasdam secundas causas inclinet ad effectum aliquem, & adiuvere incipiat quia tamen applicat contrarias, quibusdam aliæ impediuntur, monstra generantur, & defectus eveniunt: tales monstri eventus Deo fortuiti esse nequeunt: cum non sint præter eius intentionem applicantis oppositas causas, quibus scit, & vult talia monstra prodire, ergo aut Sirenus debet concedere, Deum non applicare oppositas causas, nec cum illis proposito voluntatis suæ concurrere, quod est hæreticum: aut dicere non potest, tales effectus ipsi esse fortuitos, cum sint secundum illius intentionem, & voluntatem.

Secundo multa consumit Caiet. circa solutionem secundi, ut ostendat, quo pacto peccata sint à Deo permilla propter bonum vniuersum, & probat perfectius fuisse hoc vniuersum, eo modo quo nunc est, permisso peccato, quam si Adamus, & Angeli mali in gratia perseverassent. Hoc autem intelligit, non solum quia nunc habet Christum, sed etiam si sine peccato ipsum haberet propter alia bona, quæ ex peccato nata sunt, scilicet propter martyrium, poenitentiam, &c. De hac re non nihil differemus infra di. put. 107. hic tamen primum dicendum est, Deum non permisisse peccatum ex intentione aut poenitentia, aut martyrij, aut aliorum bonorum, quæ ex illius occasione secuta sunt, eo quod hæc bona non sunt primaria, & antecedentis voluntatis Dei, sed consequentis, quæ est post præuisum peccatum, ut ostendimus ex mente Damasc. supra disp. 83. cap. 3. ex quo etiam infra di. p. 93. cap. 2. probabimus in prædestinatis Deum non permittere peccatum ex intentione poenitentia, ideoque permissionem peccati non esse effectum prædestinationis. Deinde dico, multas quidem esse rationes congruitatis, ob quas Deus dicitur recte peccatum permisisse, ut videre est apud S. Thomam 3. contra gentes, capite 71. nec aliter desissent, si Deus non permisisset: quid autem in re ipsa, & vniuerso melius esset, Dei esto iudicium: tamen si non nihil de hac re in eo articulo dicemus.

Tertio notandum est circa solutionem secundam, quo pacto peccata subiecta sint diuinæ providentiæ. Quamvis enim diuerso modo Scholastici in hac re loquantur, eadem tamen mihi videtur omnium sententia. *Alexan. 1. p. q. 36. mem. 4. artic. 1. Durand. in 1. d. 39. q. 3. num. 10.* dicunt, peccata cadere sub Dei providentiæ, vel quia Deus circa ea aliquid providet, ne fiant; vel quia facta ita ordinat, ut materiæ sint poenitentia, & eruditionis, & aliquid purant id ipsum dixisse S. Th. 3. contra gentes, cap. 71. ibi tamen solum ait, Deum esse providum, etiam si eius providentia non impediatur omne malum. Idem S. Th. 9. q. 5. de verit. art. 4. & Ferrar. 3. contra gentes cap. 71. dicunt, dupliciter aliquid sub Dei providentiæ cadere. Primum sicut id, ad quod faciendum Deus alia ordinat, & ipsum etiam ad aliud; & hic est effectus diuinæ providentiæ, qui ab ea fit, sicut actus generandi, ad quem potentia or-

dinatur à Deo, & ipse ordinatur ad hominem producendum, & hæc dicitur à S. Thoma providentia approbationis; quia est voluntas approbans rem illam, aut supponit hanc voluntatem illius rei, quæ sub providentiæ cadere dicitur. Deinde aliquid subditur diuinæ providentiæ, non sicut effectus illius, sed quia factum Deus ordinat ad alia: & hoc modo peccata subiecta sunt diuinæ providentiæ; non autem priori modo: ergo quamvis dicamus, providentiæ Dei versari circa peccata, vel peccata esse subiecta providentiæ, & sub illam cadere; tamen, ut hæc vere dicantur, satis est, si peccata sint veluti materia, circa quam providentia aliquid facit. Dicit tamen non potest, peccata à Deo prouisa esse, tamen si præuisa, & præscita sint; quia prouisa esse, denotat effectus esse diuinæ voluntatis, & providentiæ.

Hæc de causa dixit S. Doctor supra q. 14. art. 16. Deum habere scientiam practicam peccatorum, quatenus permittit ea, vel impedit, vel facta ordinat: est igitur scientia practica peccatorum, non tanquam effectus, sed tanquam materia, circa quam aliquid faciendum ordinat. Contra vero, cum in hoc articulo ait, tantum se extendere ordinationem agentis in finem, quantum causali-
tas illius se extendit, ut ita ostendat Deum ea omnia providere in finem, quorum est causa, loquitur de ijs, quæ providentiæ Dei ordinantur, ut fiant: ea enim sic ordinantur à Deo, quæ ab ipso fiunt: non tamen loquitur de ijs, quæ facta ordinantur, & conducunt, qualia sunt peccata, ad hæc enim se extendit ordinatio diuinæ providentiæ, sed non efficacitas.

ARTICULVS III.

Utrum Deus immediate provideat omnibus rebus.

AD tertium sic proceditur. Videtur, quod Deus non immediate omnibus provideat. Quicquid enim est dignitatis, Deo est attributum. Sed ad dignitatem alicuius Regis pertinet, quod habeat ministros, quibus mediantibus subditis provideat. Ergo multo magis Deus non immediate omnibus providet.

2. Præterea. Ad providentiæ pertinet res in finem ordinare. Finis autem cuiuslibet rei est eius perfectio, & bonum. Ad quamlibet autem causam pertinet effectum suum producere ad bonum. Quælibet igitur causa agens est causa effectus providentiæ. Si igitur Deus omnibus immediate providet, subtrahuntur omnes causæ secundæ.

3. Præterea. Aug. dicit in Enchir. quod melius est quædam nescire quam scire, ut vilia. Et idem dicit Philosophus in 12. Metaphys. Sed omne quod est melius, Deo est attribuendum. Ergo Deus non habet immediate providentiæ quorundam vilium, & minimorum.

Sed contra est, quod dicitur Iob 34. Quem constituit alium super terram: aut quem posuit super orbem, quem fabricatus

S. Thomas.
In Deo qua
rati-ne sit
scientia pra-
ctica pecca-
torum.

S. Tho. expli-
catur.

137

Infr. q. 11.
art. 6. & 7.
cont. 470.
77. 83.
94. col. 2.
opus 3. cap.
154. & op.
15. cap. 14.

Li. 12. Meta-
phys. lex. 5.
207. 3.

1. 2. 4. Moralium. c. 26. ante mediu.

bricatus est? Super quo dicit Gregorius: Mundum per seipsum regit, quem per seipsum condidit?

Respondeo dicendum, quod ad providentiam duo pertinent, scilicet, ratio ordinis rerum providarum in finem, & executio huius ordinis, quæ gubernatio dicitur.

Quantum igitur ad primum horum, Deus immediate omnibus providet, qui in suo intellectu habet rationem omnium etiam minimorum: & quascunque causas aliquibus effectibus præfecit, dedit eis virtutem ad illos effectus producendos. Unde oportet quod ordinem illorum effectuum in sua ratione præhabuerit.

Quantum autem ad secundum, sunt aliqua media diuinæ providentiæ: quia inferiora gubernat per superiora, non propter defectum suæ virtutis, sed propter abundantiam suæ bonitatis, ut dignitatem causalitatis etiam creaturis communget. Et secundum hoc excluditur opinio Platonis (quam narrat Gregorius Nyssenus) triplicem providentiam ponentis. Quarum prima est summi Dei: qui primo & principaliter providet rebus spiritualibus, & consequenter toti mundo quantum ad genera, species, & causas universales. Secunda vero providentia est, quæ providetur singularibus generabilium, & corruptibilium. Et hanc attribuit dijs, qui circumcunt cælos, id est substantijs separatis, quæ movent corpora cælestia circulariter. Tertia vero providentia est rerum humanarum: quam attribuebat dæmonibus, quos Platonicus ponebant medios inter nos, & Deos, ut narrat Aug. 9. de civit. Dei.

Libro 8. de providentia. cap. 3.

Libro 9. de civit. Dei. cap. 1. & 2. 1879. 5.

Ad primum ergo dicendum, quod habere ministros executores suæ providentiæ pertinet ad dignitatem Regis. Sed quod non habeat rationem eorum, quæ per eos agenda sunt, est ex defectu ipsius. Omnis enim scientia operativa tanto perfectior est, quanto magis particularia considerat, in quibus est actus.

Ad secundum dicendum, quod per hoc, quod Deus habet immediate providentiam de rebus omnibus, non excluduntur causæ secunda, quæ sunt executrices huius ordinis, ut ex supradictis patet.

2. 2. 2. 5. 8.

Ad tertium dicendum, quod nobis melius est non cognoscere mala & vilia, in quantum per ea impedimur à consideratione aliquorum meliorum: qui non possumus simul multa intelligere, & in quantum cogitatio malorum pervertit interdum voluntatem in malum. Sed hoc non habet locum in Deo, qui simul omnia uno

intuitu videt, & cuius voluntas ad malum flecti non potest.

Dvas elicit Caietan. conclusiones ex hoc articulo prior est: Quod rationem ordinis rerum providarum Deus omnibus providet immediate. Posterior conclusio: Quod executionem providentiæ non omnibus providet immediate; sed pluribus rebus providet medijs secundis causis. Eandem doctrinam habet infra q. 103. art. 6. ubi idem quaerit de gubernatione, quod hic de providentia, & eas duas conclusiones alijs verbis tradidit. Una est. Deus gubernat omnia immediate: quod ad rationem gubernationis. Ratio enim gubernationis idem est, quod providentia. Altera est. Deus non omnia gubernat, quod ad executionem immediate. Idem cum S. Tho. docuit Alexan. 1. p. q. 26. memb. 5. artic. 2.

Caietan. Dicitur. Thom. 2. 2. 2. 5. 8.

Dubitatio circa textum articuli.

VT mentem S. Tho. explanet Caiet. dubitat circa utramque conclusionem: quia non videtur sibi constare: aut enim in utraque loquitur S. Thomas de immediate (ut alunt) virtutis, aut de immediate supposito, si de immediate supposito, videtur prior conclusio falsa: quia deus providet humanis actibus media ratione, & voluntate creata: atque eadem media eos gubernat. Si vero in utraque sermo est de immediate virtutis, posterior propositio falsa est. Nam deus immediate virtutis, utpote propria virtute, & non ab alio mendicata, omnia gubernat, quod si in una conclusione loqueretur S. Tho. de immediate virtutis, in alia vero de immediate supposito, esset in paucis verbis magna varietas: quod vero simile non est.

Huic dubitationi respondet Caiet. ratione tertie prioris conclusionem veram esse de immediate virtutis: quia deus propria virtute omnibus providet: posteriorem vero de immediate supposito, eo quod deus supposito proximus est cuilibet effectui: omnibus enim secundum essentiam adest, sed addit doctorem sanctum non intelligere hoc modo: loquitur enim (ait Caiet.) formaliter de propria immediate, quæ in suo genere cui respondet, providentiæ scilicet, & gubernationi.

Cuius gratia notat, inter rationem gubernationis, quæ est providentia, & res gubernatas bilariam posse intercedere aliam rationem, uno modo ut suppleat aliquid, quod defuit ratione gubernatrici, ut puta, quia ratio gubernatrix dedit regulas solum universales, & ordinavit, quæ præcipua erant. Cætera vero singularia commisit rationi inferiori, quam assumit ut medium suæ providentiæ: id quod Regibus frequenter evenire solet. Hoc modo ratio inferior media est, & intercedit, ut ratio: quia in providentia, & dispositione gubernationis coniungit communia singularibus. Sic autem Deus non videtur media aliqua ratione creata in sua providentia, aut in sua ratione gubernandi. Ipse enim per se ipsum rebus minimis toto studio, & cura incumbit, sicut maximis, & universalibus. Altero modo ratio potest esse media, ut minister, non ut ratio: quia scilicet principalis disponit omnia, etiam minima, & singularia: tradit autem rationi inferiori ut ministro: sicut periti artifices tradunt ministris etiam minima, quæ facienda sunt, & hoc modo videtur Deus ratione humanæ

By. m. 2. 2. 5. 8.

1. 2. 2. 5. 8.

1. 2. 2. 5. 8.

1. 2. 2. 5. 8.

1. 2. 2. 5. 8.

1. 2. 2. 5. 8.

1. 2. 2. 5. 8.

1. 2. 2. 5. 8.

1. 2. 2. 5. 8.

1. 2. 2. 5. 8.

1. 2. 2. 5. 8.

1. 2. 2. 5. 8.

1. 2. 2. 5. 8.

1. 2. 2. 5. 8.

1. 2. 2. 5. 8.

1. 2. 2. 5. 8.

1. 2. 2. 5. 8.

humana ad rationem gubernationis suæ, & providentiæ non ut ratione, sed ut ministro. Si enim ratio humana intercederet, & media esset, ut ratio, divina providentiæ, & ratio gubernationis non attingeret sua virtute proxime rerum gubernationem: sed media esset alia virtus, ut ratio, quod est absurdum: bene tamen dicemus, Deum habere rationem gubernandarum aliquarum rerum, scilicet humanarum medio aliquo, ut supposito, media, inquam, ratione creata, non ut ratione: sic enim res disponderet media alia virtute, quia quod intercedit ut ratio, intercedit ut virtus: sed media ratione ut ministro, quod est esse mediam, tanquam suppositum.

Mirabile sane est ingenium Caiet. qui dum solita subtilitate mentem S. Tho. explanare contendit, difficiliorem plane reddit. Ergo hanc eius interpretationem non esse secundum mentem Doctoris Angelici, vel ex ipso textu articuli perspicue colligi potest, qui non parum facilis est. Ille enim distinguit in Deo duos actus voluntatis, & duos intellectus simul. Primum enim est in Deo providentiæ de rebus, quam appellavit ille in hac l.p. q. 113. a. 6. rationem gubernationis, quia scilicet Deus disponit apud se, quæ sunt faciendæ. Deinde est gubernatio ipsa, actus intellectus, & voluntatis, quo actu monet ad ipsam executionem. Hæc duo distinguere videtur S. Th. in hoc a. sed clarissime q. sequen. art. 2. docet enim ibi, prædeterminationem, seu providentiæ, quæ est ratio quædam in intellectu providentiæ, & prædestinantis, nihil ponere, aut efficere in rebus proutis, aut prædestinatis: sed executionem providentiæ effectum habere in rebus proutis. Hanc vero executionem, docet, passivè quidem esse in rebus effectis, activè vero in ipso Deo. distinguit autem in Deo hos duos actus providentiæ, & gubernationis, in se eorum, qui in nobis realiter diversi inveniuntur, nam primum apud nos deliberamus, quid faciendum sit, deinde post aliquod tempus alio actu intellectus, & voluntatis exequimur rem, & ad opus movemur, quod si Deus eodem actu secundum rationem, quo providet, exequeretur, prædestinatio, & providentiæ ponerent aliquid in effectu, & re prouta.

Docet igitur in hoc art. ad providentiæ, quæ respondet nostræ consultationi, non uti Deum aliquo medio: eo quod neminem sibi adhibet consiliarium, sed secum ipse deliberat, quid faciendum sit. Non ergo excludit divinam providentiæ media, quæ ex parte effectus conuenire debent, ut res fiat: sed horum omnium in suo consilio Deus rationem habet. Nam nisi ad hæc aspiceret, providentiæ sua euerteret omniæ libertatem, & rerum creaturarum efficacitatem, ut disp. 99. fufius ostendimus. Sed neminem admittit ut consiliarium, cuius providentiæ iunetur in rerum dispositione, & providentiæ, quam apud se statuit: & hoc voluit docere in priori conclusione articuli.

At vero executio, quia tendit ad effectum, & ponit aliquid in re ipsa, & multa Deus efficit, & exequitur, non solus, sed concursu aliarum causarum: ideo optime dixit S. Thomas in conclusionem posteriorem, Deum non omnia exequi per se solum, sed multa interuentu causarum secundarum; atque eodem modo non omnium executionem providere apud se faciendam per se solum, sed faciendam medijs alijs secundis causis, negat igitur

medium ex parte consilij, sed non negat ex parte effectus.

Sed quæret quis, an Deus gubernet omnia immediatione suppositi, aut immediatione virtutis. Videtur enim S. Tho. in 1. d. 37. q. 1. art. 1. ad 4. docere Deum magis immediate agere, quam quodcunque aliud agens. Idem docet disp. 12. artic. 3. ad 4. sed q. 3. de potentia, art. 7. circa finem aut, quodlibet agens naturale esse immediatum suo effectui. Respondet Petrus Bergomus in concordantijs locorum S. Thom. dub. 504. Deum operari immediatione virtutis, magis immediate, quam secundas causas, & secundas causas magis immediate immediatione suppositi. Consentire videtur Ferraricus 3. contragent. cap. 70. Ferraricus. qui immediationem virtutis tunc esse putat, quando agens propria virtute, non virtute alterius, a quo pendeat, operatur.

Ego vero existimo, si immediationem virtutis hanc esse dicamus, Deum semper operari immediate hac immediatione: imo soli Deo id conuenire: omnis namque creata causa ab alio pendet. Si vero dicamus esse immediationem virtutis, quoties agens operatur non virtute ab ipso de fluente, sed sibi innata, multa agentia creata operantur immediatione virtutis: quia à virtute ipsis coniuncta effectus proxime exit. Nonnulla vero creata operantur mediate, quia non per virtutem sibi inherentem, sed ab ipsis producta, aliqua dicuntur remote operari, sicut ignis distans calcfacit, quæ remota sunt, per vapores calidos ab ipso manantes: hoc modo Deus nunquam operatur, quia virtus eius, quæ est ipsius essentia, proxime attingit semper omnem effectum.

De mediatione vero suppositi dicendum est contra Caiet. Deum non omnia operari immediatione suppositi, non quod ipse secundum suppositum non sit intime in rebus & effectibus omnibus, & hac ratione situ propinquior, quam cæteræ causæ. (illa namque sunt iuxta effectum, sed non intra: Deus autem intra est) sed quia in ordine agendi vniuersalem actionem dei modificatur concursus multarum secundarum causarum, quæ eo dicuntur propinquiores, quod singulares, & propriæ causæ sunt: & hoc plane docuit S. Th. in secundâ conclusione. Falso autem dixit Caiet. ideo Deum agere immediatione suppositi, quia situ intra omnem effectum est, nec inter ipsum & effectum suppositum aliquod sit, & loco intercedit. Nam loci propinquitas non censetur in serie, & ordine agendi: hæc enim inter ipsas causas, quatenus una subest alteri, & una aliam determinat, & modificatur, attendi debet, ut explicatum est.

Cæterum necesse non est distinguere in Deo etiam secundum rationem alterum actum providentiæ, alterum vero gubernationis activæ. Nam si in nobis re ipsa nonnunquam distinguuntur duo actus, alter providentiæ, cum multo antequam res fiat, de illa capitur consilium, & quid faciendum sit, statuitur: alter vero, quando res ipsa fit, hoc contingit, quia id, quod semel apud nos statuiamus, non possumus mente retinere, neque actu semper considerare, & velle. Quare accedente occasione rei faciendæ, iterum in memoriam renouamus id, quod consultatione deliberatum, & proutum est, atque iterum volumus: sed si ille primus actus providentiæ, & consilij perseveraret, non opus esset alio ad exequendum. Veluti quando subito occurrit occasio, & ea præterite breuiter

Dulcissimi ex doctrina S. Thomæ.

Quorundam responsio Bergomus.

34. Num Deus, & agentia creata operentur mediate vel immediate immediatione virtutis.

Deus non operatur omnia immediatione suppositi.

35.

Actus providentiæ, & gubernationis activæ, nec ratione distinguuntur in Deo.

breuiter consulamus, & deliberamus, quid fieri debeat, & continuo exequimur, non multiplicamus actus, sed eodem statuimus, & exequimur: ergo cum in Deo non sit hic defectus, sed idem ipse actus continuo perseueret, non videtur necessarium etiam secundum rationem distinguere tot actus, sed eodem potest Deus providere futuris, & ea suo tempore exequi.

36

ARTICVLVS IV.

Verum providentia rebus prouisis necessitatem imponat.

138
Supr. q. 19. a.
8. & 12. q. 10.
art. 4. & 1.
d. 39. q. 2. a.
2. & 2. cont.
cap. 6. q. 70.
71. q. 93. & 94.
cap. 15.

AD quartum sic proceditur. Videtur, quod diuina providentia necessitatem rebus prouisis imponat. Omnis enim effectus qui habet aliquam causam per se, quæ iam est vel fuit, ad quam de necessitate sequitur, provenit ex necessitate, ut Philosophus probat in 6. Metaphys. Sed providentia Dei, cum sit æterna, præexistit, & ad eam sequitur effectus de necessitate. Non enim potest diuina providentia frustrari. Ergo providentia diuina necessitatem rebus prouisis imponit.

2. Præterea. Vnusquisque prouisor stabilis opus suum quantum potest ne deficiat. Sed Deus est summe potens: ergo necessitatis firmitatem rebus à se prouisis tribuit.

Libro 4. de
consol. profa
6. parum ante
med.

3. Præterea. Boeth. dicit 4. de cons. quod fatum ab immobilibus providentiæ proficiscens exordiis actus fortunæ, quæ hominum indissolubili causarum connexionem astringit. Videtur ergo quod providentia necessitatem rebus prouisis imponat.

Cap. 4. non
multum re-
mota ante
finem.

Sed contra est, quod dicit Dionysius 4. cap. de diuin. nominib. quod corrumpere naturam non est diuinæ providentiæ. Hoc autem habet quarundam rerum natura, quod sint contingentia. Non igitur diuina providentia necessitatem rebus imponit contingentiam excludens.

Respondeo dicendum, quod providentia diuina quibusdam rebus necessitatem imponit, non autem omnibus, ut quidam crediderunt. Ad providentiam enim pertinet ordinare res in finem. Post bonitatem autem diuinam, quæ est finis

à rebus separatus, principale bonum in ipsis rebus existens est perfectio vniuersi. Quæ quidem non esset, si non omnes gradus essendi inuenirentur in rebus. Unde ad diuinam providentiam pertinet omnes gradus entium producere. Et ideo quibusdam effectibus præparauit causas necessarias, ut necessario euenirent, quibusdam vero causas contingentes, ut euenirent contingenter secundum conditionem proximarum causarum.

Ad primum ergo dicendum, quod effectus diuinæ providentiæ non solum est aliquid euenire quocunque modo, sed aliquid euenire vel contingenter, vel necessario. Et ideo euenit infallibiliter & necessario, quod diuina providentia disponit euenire infallibiliter, & necessario: & euenit contingenter, quod diuinæ providentiæ ratio habet, ut contingenter eueniat.

Ad secundum dicendum, quod in hoc est immobilis, & certus diuinæ providentiæ ordo, quod ea, quæ ab ipso prouidentur, cuncta eueniunt eo modo, quo ipse prouidet, siue necessario, siue contingenter.

Ad tertium dicendum, quod indissolubilitas illa, & immutabilitas quam Boeth. tangit, pertinet ad certitudinem providentiæ, quæ non deficit à suo effectu, neque à modo eueniendi, quem prouidit. non autem pertinet ad necessitatem effectuum. Et considerandum est quod necessarium, & contingens proprie consequuntur ens in quantum huiusmodi. Unde modus contingentia, & necessitatis cadit sub prouisione Dei, qui est vniuersalis prouisor totius entis: non autem sub prouisione aliquorum particularium prouisorum.

Conclusio est, *Providentia Dei quibusdam rebus necessitatem imponit, non tamen omnibus.* Intelligit S. Th. rebus naturalibus necessitatem imponere, non tamen libero arbitrio. In hoc art. nihil peculiare est disputatione, aut explicatione dignum: communis enim difficultas de voluntate Dei, aut providentiæ, aut prædestinatione, quomodo conueniat cum libertate nostri arbitrij, examinanda à nobis est disp. 99.